

secuta fuerit, Tamb. cit. Ratio utriusque est, quia pro primis in nulla fuit culpa, pro secundis vero, dum advertit, quia potuit & noluit damna impedire, gravem culpam commisit contra iustitiam ex re accepta; incepti enim esse iudicantur detentor.

QUÆRES VII.

119 An sciens furem, aut detinentem scripturam, promissam jam monitorio, teneatur ad revelandum eum suo notabili damno, minori damno alterius, & non revelando teneatur ad compensanda damna alteri inde sequentia, si possit suum damnationem vitare?

R Espo. negative quoad utranque partem. **R** Prima pars sequitur à fortiori ex dictis de ipso detimente bona fide, n. 116. quia detinens bona fide scripturam alterius, saltem materialiter laesit; quod non fecit sciens.

120 Secunda pars, videlicet, quod sciens si possit damnum vitare, etiam cum sui non magno incommodo, teneatur sub mortali ad revelandum, non tamen ad restituenda damna inde sequentia, non probatur, quia sciens non tenetur ad revelandum ex iustitia commutativa, quæ est radix, & origo oneris restituendi; sed solum ex virtute charitatis, & obedientie ratione monitorio. Idem dico de teste juridice interrogato, si potens respondere, taceat veritatem, ex qua proximo damna sequantur, quia patitur non tenetur ad veritatem manifestandam ex vi iustitiae commutative, nempe ex contractu vel quasi contractu, seu ex officio: sed ex vi charitatis, & iustitiae legalis, quæ onus relictionis non patitur. Hanc sententiam tenent Dian. p. 2. et. 4. ref. 54. p. 5. et. 13. ref. 68. Raynaudus de monit. p. 1. c. 2. q. 24. Tamb. lib. 8. Decal. et. 4. c. 2. §. 6. n. 11. & alii contra Avil. Aragon. & alios apud Dian. cit. qui volunt, tam scientem ex vi monitorio, quam testem legitime interrogatum, teneri ad manifestandam veritatem, si possit sine suo notabili damno, sub onere restituendi damna inde sequentia.

QUÆRES VIII.

121 Vir nobilis, cum reperiret domi Petri ad eum invadendum, comperit eum habere quasdam scripturas Pauli, quatenus Petrus, & inhabitantem, rem coram ipso tractavit cum suo Procuratore, An teneatur eas revelare ex vi monitorio?

R Espo. Tancr. tom. 5. et. 4. q. 18. non teneri, non quidem ratione secreti naturalis, sed dicta n. 56. sed ratione infamiae, quæ ipsi sequetur: nam habere et scire, & infamiam, ita ut omnes, qui scient, ejus amicitiam reculant. Tam quia iactura honoris, nedum viro nobili, verum etiam honesto, est vita ipsa gravior, & metus honoris amittendi cadit in virum constantem. Ita Barbatus, &

Gabr. apud Tancr. cit. Hinc Diana n. 114. cit. excusat à revelatione scripturæ, quando ex ea infamia sequatur.

QUÆRES IX.

122 Petrus anno 1650. dedit in uxorem suam filiam Carbarinam Paulo cum decem viginti milibus aureorum, in contractu autem fuerunt expressa triginta milia aurea, factis tamen inter ipsos pacto, & conventionione verbali, ut viginti milia sint pro reali dote, alia vero decem solum ad pompam, ita exposcente ipso Paulo, ut sic suum matrimonium cuidam suo conjuncto placeret, se obligante ad dictum pactum declarandum capta tempore opportunitate, ut in effectu per publicum instrumentum, & Notarium, declaraverunt post quatuor annos prelati Paulus, & Carbarina conjuges. His autem defunctis, heres Pauli post annos 40. exposcit in iudicio à filio herede Petri alia decem milia aurea ex vi contractus dotalis de 30. millibus aureis; & quia ex iis, qui predictam conventionem fecerant, plures sunt defuncti: & alii nolunt sponte testari, heres Petri obtrinit monitorium sub excommunicatione ab Episcopo, ut qui id sciens, revelet: ut quantum, qui sciens, suam conjuncti in primo, & secundo gradu cum herede Pauli, ideo queritur, An hi teneantur ad revelandum?

R Espo. teneri sub mortali & censura ad revelandum. Ratio est; quia ex una parte adest sententia probabilis obliqua iustitiam personarum privilegiatarum ad denunciandum, & testificandum in aliorum defectum, de qua n. 43. ex alia parte Doctores sententia excusantis, n. 40. relati, expresso loquuntur, quando ex revelatione sequitur notabile damnum, aut infamia ipsi revelando; quod natura non patitur, in quantum communio sanguinis facit, ut mala sint ipsi conjunctis communia, & unus sine alio lædi non possit. In casu autem nostro, nec damnum, nec infamia sequitur ipsi conjuncto ex revelatione: non damnum, quia ipse hæres actor pro decem millibus aureis nullum in re habet jus ad recessum summam, ut ipsimet ejus conjuncti sciunt; nec infamia, quia ipse actor, dum in iudicio agit pro decem millibus aureis, non presumitur malus, sed agens ex ignorantia juris partis, & errore facti, quod putat habere jus ad præfatam summam ex vi primi contractus dotalis: quoniam ex jure delictum non est presumendum.

Cum igitur in allato casu nullum damnum, aut infamia sequatur ex revelatione, nullo pacto predicti conjuncti sunt ex ratione communitatis à revelatione excusandi.

124 Confirmatur, quia independenter à monitorio ex communi Theologorum tenetur quilibet ex charitate sub culpa mortali non manifestans

tis,

ris, ad veritatem revelandam, & ad monendum ignorantem de errore, ex quo sequitur læsio innocentis, quando ex tali revelatione non sequitur ipsi notabile damnum; adeoque cum ex expulso casu monitorio, & revelatio in nullius damnum cedat, sed in defensionem innocentis, atque ad ejus mala vitanda, tenentur præfati conjuges in re mortali & censura ad revelandum.

QUÆRES X.

125 Concubina surprit quamdam gemmam à suo amico, qui providae monitorium obtrinit, An concubina teneatur restituere, aut revelare ex vi monitorio?

R Espo. non teneri, si diligatur ab amico stricto amore, Tancr. tom. 5. et. 4. qu. 17. qu. n. 7. hæc habet:

Quoties tantus est amor inter amicos, etiam si sit turpis, ut pudentes attentis omnibus circumstantiis præsumunt posse, quod amicus nollens circumdare alium in edicto, tunc non tenetur revelare ex vi edicti: quia hæc obligatio revelandi aut restituendi non preceperit ex eo, quod licite fieri debet, sed ex eo, quod ille, qui petit monitorium, intendit, & vult circa hoc dirigere monitorium, & Judex ad parvam requisitionem sevens monitorium non intendit alios obligare vitæ eorum, quos intendit includere parvi, ergo quoties parvi non vult amicum includere, sive hoc faciat ob illicitum amorem, sive ob licitum, ille non obligabitur monitorio, cum tale edictum ad eum non dirigatur.

126 Peccavit igitur mortaliter surpripiendo, & pariter retinendo, si amicus rationaliter præsumatur invitus, & non incurrit censuram non restituendo. Imo si circumstantie sint tales, & amicitia sit tam arcta, ut concubina ob verendum non petierit, rationaliter tamen præsumat, amicum non esse invitum quoad substantiam, sed solum quoad modum, quatenus surpriperit: tunc neque peccaret mortaliter, quia non esset injusta detentrix: nam non commisit furtum, cum furtum sit ablatio rei, invito rationaliter domino.

127 Idem est dicendum de ipsa sciente in ordine ad revelandum.

128 Suadetur: Monitorium non ligat filium, uxorem, patrem, matrem, aut fratrem, surpripientes ultra casus licitos, nisi consistet de voluntate ferentis, seu petentis monitorium, Bonac. tom. 1. pag. 897. disp. 6. de denu. p. 1. n. 21. & 2. & non alia ratione, nisi quia cum monitorium concedatur in gratiam petentis, Judex ligare non intendit, nisi quos ipsa pars petens intendit, circumstantiis autem attentis naturæ, & carnis, licet displicet alicui, quod sit furatus ab uxore, &c. non potest tamen rationaliter præsumi, quod ille velit, & intendat uxorem, filium, & tam arcte carne

conjunctos affici punitione, tam gravia, quanta est excommunicatio mortalis, nisi de quibus intentione consistit, puta si eos faciat in monitorio exprimeri, aut apponatur particula, nulla exceptio.

Ita in re nostra præsumi non potest, quod amicus intendat, & velit, tam arcte amicitia conjunctum excommunicatione affici, nam magis amor idem operatur, quod sanguinis conjunctio, Abbas in c. Requisivisti, de statim. Imo arcte amicitia superat parentum affectionem, Bartol. in l. alim. §. 1. ff. de alim. & cibor. legat. apud Tancr. cit. n. 4.

129 In dubio vero de intentione petentis, monitorio teneri, docet Raynaudus apud Tancr. cit. & Bonac. cit. quia consistat de præcepto.

QUÆRES XI.

130 An sciens concubinam Clerici possidere ejus bona ad eam donata in remuneracionem servitiorum, in iudicio tamen non probatorum, teneatur revelare ex vi monitorio de revelandis possessivibus bonorum Clerici?

R Espo. non teneri, Tancr. cit. qu. 15. quia concubina retinens bona Clerici sibi donata in remuneracionem servitorum vere præstatorum, etiam si non sint in iudicio probata, ea retinet sine peccato mortali, & iusto titulo donationis remuneratorie: igitur id sciens non tenetur revelare, quoniam monitorium obligat ad revelandum in iudicio detentorem: n. 32.

131 Dices: in l. de donat. intervir. & uxore. apud Tancr. cit. licet Clerici possint sine concubine donare ob servitia præstita, ipsa tamen non potest ea retinere ante probationem servitorum in iudicio factam; igitur, qui id sciens, ex vi monitorio revelare tenetur.

Resp. Tancr. cit. ex Molina, textum loqui de donationibus mere gratuitis, minime de iis quæ sunt ob servitia realiter præstita. Tum quia ex Cabedo, talis probatio æqueborum non requiritur pro foro interno, sed pro externo, propter presumptionem, quod donata concubine videantur donata non ob realia obsequia, sed ob turpem amorem.

QUÆRES XII.

132 Petrus donavit Paulo absenti centum, ad quoniam missi monitorio, aut epistolam, ut saltem donationem restituat; antequam autem monitorio, aut epistola perveniret, mortuus est donator: hinc ejus heredes omnia ejusdem bona occultaverunt, & quia Petrus donatoris interiri nuncium donationis recepit, monitorium obtrinit ut revelaret, qui bona Pauli detinent, An qui scit heredes

K. k. 2.

de Pauli talia bona occultasse, teneatur ex vi monitorii ad revelandum?

Respon. Tancr. qui casum proponit *loc. cit.* non teneri; quia licet sit probabilis sententia, quod post acceptationem Pauli facta mortuo Petro, donatio sit perfecta, & transferatur in donatarium, praesertim si fuit acceptata per Notarium nomine Pauli absentis, est etiam satis probabilis opinio opposita, quod post mortem donantis non possit donatarius ejus acceptare donationem: ac proinde eum, ut pote non jam perfectam, cedere heredibus Petri donantis.

123. Stuetur a pari, quia in casibus, & in quantitate, in quibus ad donationem requiritur insinuatio, seu manifestatio facta Judici promulgato monitorio ad instantiam donatarii, non tenetur quis ad revelandum, si sciat heredes donantis ejus detinere bona; nam donatio sine insinuatione est nulla, *ex l. pen. §. ult. C. de donat.*

124. Et contra, si donatarius reperitur talia bona recepisse, tenetur ad restituendum, & qui eum fecit, ad revelandum, promulgato monitorio ad instantiam donantis, aut ejus heredum, quia licet ex consuetudine non tenetur in re donata restituere, nisi quando donans, aut ejus heredes donata repetent; monitorio tamen a Judice Ecclesiastico facta ad instantiam partis, valet pro repetitione. Ita Tancr. *ex Raynand.*

125. Eadem ratione, si Petrus fecit mandatum donandi, quatenus dedit famulo centum, ut ea ferret ad Paulum; tunc mortuo donante ante traditionem, si monitorium fiat ad instantiam donatarii, non tenetur, qui fuit famulus detinentem revelare: bene vero, si fiat ad instantiam heredum donantis; quia summa illa ante traditionem per famulum factam, non est de bonis donatarii, sed heredum donantis. Quod utrunque est verum, etiam si famulus ob culpabilem negligentiam aut malitiam tradere omiserit; in quo casu vult Tancr. cum Sanchez, quod tenetur tradere heredibus donantis restiterit summam illam, aut geramam, & simul tenetur satisficere donatio aequale pretium.

Confirmat Tancr. *ex Raynand. de monit. §. 1. cap. 2. qu. 9.* dicens, Non teneri ad revelandum ad edicta, ut revelentur, seu restituantur res Sempronii, quando ipse fuit facta promissio illarum rerum, & fuit etiam acceptata, quia quantum promissio acceptata obliget ex iustitia promissionem, facta jam acceptatione ex parte promissionem, ut tenet communior opinio: ad hoc promissarius non habet jus in re in bonis promissis, sed tantum ad rem, & promissionem est versus dominum verum, adeo non veniunt nomine bonorum Sempronii: ergo multo magis dicendum est, non esse in

bonis Titii id, quod ipse debet restituere a famulo in compensationem doni, quod impeditur, nec ferre ipsius Titii, & potius debet dici tale donum esse in bonis Cati, qui fecit mandatum donandi.

QUÆRES XIII.

126. Petrus donator ob ingratitudinem donatarii ante Judicis sententiam clam scripsit, bona illius a se donata, An teneatur ex vi monitorii, quæ repetitur, aut compenfarit, revelare?

Negat Tancr. *cit. qu. 10.* quia licet una sententia velit, quod non possit in casibus enormis ingratitudinis donator repetere, aut compenfare donata, nisi post Judicis sententiam, Diana p. 8. rr. 6. ref. 58. Tamb. lib. 9. de contr. rr. 10. cap. 6. §. 1. n. 8. Bafem. lib. 3. rr. 5. cap. 3. dub. 3. n. 1. Alia tamen opinio tenet, quod possit donans, aperte constante enormi ingratitudine donatarii, ante Judicis sententiam, rem donatam occulte reassumere, aut compenfare, Dicitur lib. 2. rr. 5. diff. 1. dub. 7. n. 1. 177. & 158. Tancr. *cit.* quia donatio intelligitur facta sub conditione implicita, & virtuali, nisi donatarius fuerit ingratus; & sententia Judicis non requiritur, nisi ad declarandum veritatem ingratitudinis donatarii; unde hac vere & certo ipse donanti constante, non requiritur in conscientia aliud ut occulte reassumat donata; aut sibi compenfare.

127. Ita pariter est discurrendum in casibus, in quibus potest donator licite donationem revocare, & in cæteris contractibus, in quibus rem detinet, licite & iuste detinet, nam hujusmodi monitoria feruntur contra injustos detentores, & illos scientes.

QUÆRES XIV.

128. Petrus nobilis à Sicilia perrexit ad bellum, ubi ex matrimonio sibi contracto genuit filium, quod mortuo patre in Sicilia venit bona paterna adeptus, quæ cum licite non potuerit, monitorium obtinuit, ut qui bona Petri retineret, restitueret aut revelaret. Quis ejus bona reperitur ad judicatum, ideo queritur, An adjudicatarius teneatur ad restituendum, vel revelandum?

Sciendum est, quod adjudicatio facta virtute pacti ad discursum, sit triplex. 1. Sine læsione, facta scilicet iusto pretio, & de hac non est sermo. 2. Cum læsione non enormissima, quatenus non fuit facta infra dimidium iusti pretii; sed vel in dimidio, vel supra dimidium iusti pretii: ver. gr. prædium, domus, &c. valebat centum, & adjudicatio facta facta

facta pro sexaginta, aut quinquaginta, 3. cum læsione enormissima, quatenus fuit facta infra dimidium iusti pretii. Variant tamen Doctores in assignando, quantum debeat esse excessus dimidii iusti pretii, ut constituat læsionem enormissimam.

Rayn. lib. 9. de contr. c. 40. n. 2. ait, non sufficere, quod excessus sit unius nummi; quia parum pro nihilo reputatur, & de minimis non curat Prætor; ac proinde id committit arbitrio Judicis. Hinc permulti Jurisconsulti apud Masfrill. dec. 247. n. 37. tenent, excessum debere esse magnum, ita ut læsio debeat esse in quadruplo, aut triplo minus iusto pretio, ut si prædium valeat centum, & adjudicatio fiat pro triginta tribus.

Puto tamen, quod in læsione excessus dimidii iusti pretii, ad constituendam læsionem enormissimam, sufficiat, si sit unius nummi; & ita in alio exemplo sufficit, si adjudicatio sit facta pro quadraginta novem. Tamb. *cit. qu. 5.* & apud ipsum Rebellen, Baldus, & alii, *ex l. hic adjecto plur. de verb. signifi. Suedetor,* quæ remedium gratiosum non conceditur, nisi pro læsione enormissima: ex Masfrillo autem *cit. n. 28. Hic remedium compari, equum fisco in uno nummo dimidium iusti pretii excedat, secundum Baldum l. c. de rescind. vendit. num. 18. Abbas in c. cum causam, n. 3. post Gloss. ibi in ver. Dimidium, quæ opinio contradietorem non habet.* Igitur ad læsionem enormissimam sufficit excessus unius nummi.

Resp. cum distinctione; hæc namque adjudicatio tripliciter contingere potuit. Primo, vel fuit facta sine læsione iusto pretio, v. g. prædium valebat centum, & fuit adjudicatum pro alio centum, quæ dominus prædii adjudicatario debebat ratione annui census supra ipsum prædium per plures annos non soluti. Et tunc nulla est difficultas, tunc quidem adjudicatarius monitorio non ligatur, quia prædium est in sui dominio non sanctum per iustam empionem.

2. Secundo, vel adjudicatio fuit facta cum læsione non enormissima, & tunc pariter dico, ad judicatum elapso quadrimestre non teneri restituere, aut revelare; quia ea bona possidet licite titulo empionis, empione iusto pretio facta: v. n. 144.

Cujus iustitie ratio est pactum in contractu creationis census appositum inter dominum census, & censurarium, ut in casu negatæ solutionis census, vendatur prædium ad discursum seu sub hasta: vulgo *all' incanto*, ultimo empionis plus offerent; quod pactum non est destruetivum contractus census. Et firmatur autoritate Nic. V. apud Tamb. lib. 9. de contr. c. 6. nm. 2.

Exam. Ecclesiast.

qui concessit Regno Siciliae, ut in creatione census apponi possint quæcumque pacta. Et in praxi tale pactum publice coram notario semper apponitur. Adjudicatio igitur, seu emptio prædii in ut supra medietatem iusti pretii facta, cum fit facta ratione conventionis, & pacti de vendendo prædium in substatione, in casu negatæ solutionis census, erit iusta; quia bona, quæ venduntur sub hasta, qualia ratione prædicti pacti sunt, quæ adjudicantur supra merces ultroneæ, quæ possunt licite pro medietate emi. Tamb. *de lib. g. 10. c. 4. §. 8. n. 5. Diana p. 4. rr. 4. ref. 12. & nonnulli alii apud ipsos.*

Tum quia hujusmodi adjudicationes, seu empiones, & venditiones bonorum immobilium, fiunt sine fraude, sed supposito debito vero, ad evitum præconis, auctoritate Principis, & per sententiam Judicis. Ecce iustitiam. Dices: de ratione substationis est, ut concurrant plures, qui velint emere; in adjudicatione autem sunt proclamationes in foro, sed vel coram paucissimis, vel nullo emere solent.

Resp. Tamb. *cit. n. 19.* sufficere, quod licite fuerint proclamationes, & quod creditor alios, qui plus offerant, non impediatur. Per accidens autem est, ut non compareant emptores, & e maxime, quia censuarii jam sciunt, quod in substatione immobilium pasci vel nulli comparare solent præter ipsum creditorem, & hoc non obstantem in fundatione census conveniunt pacto talis substationis; volenti vero, & scienti nulla fit injuria.

240. Tertio, vel adjudicatio fuit facta cum læsione enormissima, & tunc Tancr. *10. §. 1. rr. 4. qu. 12. sic resolvit: vel monitorium est latum, ut revelentur bona Petri, eo fine, ut sciatur possidens: & tunc adjudicatarius tenetur revelare, excepto casu, quo ei advenit notabile damnum, puta, quia suam creditum amitteret. Vel est latum, ut restituatur bona Petri, & tunc non tenetur restituere; quia iusta retinet bona Petri, & acquæsit ipsi solvatur creditum.*

Adjudicationem autem cum læsione enormissima esse iustam, probat Tancr. *10. §. 1. rr. 4. qu. 12. quia in substatione cum potest res emi, vel vendi quanto minoris sine fraude extorqueri potes, vice supra, vice infra dimidium pretii, quo res valet, 2. quia in læsione, quæ fit infra dimidium, adjudicatio est licita; ita & in licet, quæ fit supra dimidium, 3. quia lex in Regno Siciliae permittit talem adjudicationem. Hinc concludit, in Regno Siciliae creditorem posse sibi iuste adjudicare, seu appropriare prædium censurarium cum læsione supra dimidium, ad modum tamen remedio gratuito, quatenus dominus usq. ad finem mundi potest offerre creditum, & prædium repetere una cum fructibus, ita*

ita ut domino offerente credidum, teneatur adjudicatorius restituere illi prædium una cum fructibus perceptis, quæ proinde numerum præstentur; quo credito non oblato, possit iuste adjudicatorius prædium retinere, donec offeratur; imò non teneatur censuram de tali remedio gratioso monere. Solum excipit casum, quando adjudicans cognoscit, dominum prædii esse ineptum ad petendum remedium gratioso, uti est vidua, rusticus, pauper: tunc fatetur adjudicatorium teneri deducto suo credito prædium adjudicatum restituere debitori, etiam eo non petente.

141. Dico tamen 1. adjudicatorium, si sit infra annos quadraginta adjudicationis, teneri revelare, & restituere, nedum lato monitorio, verum etiam ante, nisi prudenter timeat, quòd restituendo non recuperaret suum creditum, in quantum, v.g. fundum creditum, aut adjudicationem factam probare non potest; in quo casu potest licite prædium adjudicatum retinere, donec ex annis fructibus compenset si licet creditum, quo compensatur, teneri in conscientia sibi restituere, etiam ante Judicis sententiam, & debitore non petente.

Ratio est, quia adjudicatio cum læsione enormissima est injusta, & parit nullitatem, Tamb. *et ad* 23. Diana *cit.* & Doct. Theologi communiter apud ipsos; ex Jurisconsultis autem Fontnell, *det.* 64. Am. Fab. in *C. lib. 4. tit. 30. de re vend. und. de fin. 3. & 4.* cujus injustitia

Offenditur primò; quia adjudicatio stabilitam cum læsione enormissima est contra bonum publicum, utpotè causa depauperandi familias.

Hac de causa invalida est donatio omnium bonorum. Imò invalida est jure licet donatio excedens valorem quingentorum nummorum auroreum sine infirmatione facta; quæ quidem infirmatio, seu manifestatio judici, haud alio sine est à jure inventa, nisi ut iudex, ut persona agens pro bono Republicæ, prodigas moderetur donationes.

Secundò, quia in omni contractu attendi debet mens explicita, aut tacita contrahentium, cum contractus sit conventio ultrò citròque obligatoria; in contractu autem cum pacto vendendi ad discursum, non habetur consensus debitoris vendendi infra dimidium. Non quidem explicitus, quia regulariter hujusmodi contractus cum pacto vendendi bona ad discursum in casu denegata solutionis, fit nullo expresse consensu de vendendo infra dimidium iusti pretii, Neque tacitus, quia nemo presumitur potest, quod consentiat suæ depauperationi.

Quòd si in pacto vendendi ad discursum exprimitur pactum vendendi etiam infra dimidium, tale pactum est nullum, etiam si sit juratum, quia est de re mala, & contra bonum publicum. Sicut nullum est pactum, etiam juratum, de non revocanda donatione, in casibus, in quibus donatio est illicita.

Suadetur, quia si hujusmodi pactum ad discursum adjicitur renunciatio remedii gratioso, seu pactum de non petendo remedio gratioso facta adjudicatione, talis renunciatio, & pactum sunt irrita, & nulla. Quod expresse docet, & probat Maltrilli *dec.* 247. quando intervenit læsio enormissima ultra dimidium cum magno excessu. Cujus ratio præcipua est; quia in læsione, quæ fit cum magno excessu ultra dimidium, præsumitur dolus ex proposito: nemo autem potest renunciare dolo sibi futuro, nec potest talis renunciatio expositi, quod effect invitatio ad delinquendam. Adde, neque tale pactum juratum tenere; quia juramentum est vinculum iniquitatis. Quas propositiones ex pluribus juribus probat n. 40. ad 81.

Imò ita citretur contra pactum de non petendo remedium gratioso, & contra læsionem enormissimam cum magno excessu, invehit Maltrilli, *ut in n. 81.* habeat.

Plures cessiones accipiunt à creditoribus habentibus aliquam solvere non valentis obligata bona cum dicto pacto vendendi ad discursum, ut illa pro medica quantitate habeant, & ut audio, ita abusivus iste in Regno est, quòd non solum in eripio, aut quadruplo, sed etiam in centuplo minus iusti pretii sunt multoties bona adjudicata viceque prædicti pacti, quod esse contra omnes juris regulas, contra humanitatem, aequitatem, & pietatem, nemo negabit.

Item n. 103. ait:

Fuit ad instantiam Philippi de Lapi per M. R. C. declarata nulla remedio doli. leg. 2. Cod. de rescind. vendit. qualem adjudicatio facta in favorem D. Laura lo Porto. & consensum; in quo processu extorserunt quidam seculares Religiosorum Theologorum defendentium, non obstantes prædicto pacto ad discursum in conscientia securus non esse emptores, si enormissima læsio in emptoribus interveniret.

Insuper n. 110.

Dolum futurum remitteres, si ab initio renunciasset futura enormissima læsioni, & inquit Cepol. *conf.* 34. n. 19. allegando Hostium, & alios: Quod per nullum pactum, nec per legem, vel statutum, nec per consuetudinem, vel privilegium, potest quis privari à reclamacione, & impugnacione sententia arbitraria, quando adest enormissima læsio.

Ulterius n. 115.

Respectu autem læsionis enormissimæ contrarium in terminis tenuit Cagnol. in d. l. 2. n. 81. dicens: quòd data læsione ultra dimidium iusti pretii in

magno excessu, emptoribus erit nullus ipso jure, quemadmodum ubi dolus ex proposito casum contrahit doli.

Denonum n. 137.

Remissionis læsionis enormissimæ nunquam cessatur subditum, neque consuetudinem adesse, quæ ad aliud dicendum inducat, iam probavit & deinceps, quæcumque consuetudo, si adesse, potius corrumpit iudicem, cum materiam peccandi, & fraudandi debitoribus tribuat, & miseros debitores omnibus bonis suis, hospitalibus reddat, & ita ego existimo.

Cum igitur pactum etiam juratum de non petendo remedio gratioso pro læsione enormissima sit nullum, & irritum, utpotè vinculum iniquitatis, quatenus læsio enormissima est dolosa, & iniqua; omnino sequitur, quòd pactum ad discursum, supra quòd prædictum pactum fundatur, sit etiam dolosum, & iniquum, si comprehendat venditionem cum læsione enormissima; ac proinde fit pariter nullum, & irritum: quoniam malitia secundi pacti desinitur à læsione enormissima, quæ in primo supponitur. Pactum ergo ad discursum est validum, & licitum, si excludat læsionem enormissimam; invalidum autem, & illicitum, si supponatur cum comprehendere; quoniam sicut ex quo donatio omnium bonorum est illicita, & invalida, illicitum, & invalidum est pactum de ea non revocanda; ita ex quo pactum ad discursum comprehendens explicite, aut implicite læsionem enormissimam, est illicitum & invalidum, illicitum, & invalidum est pactum de non petendo remedio gratioso pro venditione facta cum læsione enormissima.

Confirmatur, quia utrunque pactum habet pro objecto læsionem enormissimam, ad eoque utrunque est illicitum, ac inde invalidum, quoniam actus specificatur ab objecto.

Ad rationes in oppositum.

142. Ad 1. id habet locum in subalternatione mobilium, minime in immobilium, disparitas est, quia in subalternatione mobilium, facta emptio- nis infra dimidium, non sequitur tanta depauperatio, quanta in subalternatione immobilium, quia ibi solum amittitur res, & pauci fructus, si res fit fructifera, ut boni lataria; hic verò amittitur res cum fructibus perpetuis, ac proinde talis adjudicatio est contra bonum publicum, uti causa depauperandi: hinc ex cap. Cum causam, cap. Cum dilecti, de empt. & vend. irritatur contractus emptio- nis, & venditionis ultra dimidium iusti pretii, v.g. si valens centum ematur 49. aut vendatur 151.

143. Ad 2. disparitas est, quia venditio rei immobilis infra dimidium iusti pretii est nimis prodiga, & contra bonum publicum, cum sit causa depauperandi; non sic facta supra di-

midium, aut in dimidio: & licet ex illa aliquis depauperatur sequatur, quia tamen non est tanta, toleratur à lege ob bonum publicum, nempè ad lites vitandas.

144. Ad 3. dato transitu, talis permissio solum juvaret pro foro externo vitandas lites, minime pro foro interno.

Ceterum lex in Regno Sicilia non permittit adjudicationem infra dimidium iusti pretii sed illi restitit; nam ipsi Jurisconsulti, Maltrilli *dec.* 33. & *dec.* 247. pag. 147. n. 1. D. Am. Ant. *res. 61.* & alii apud eundem Tancr. *cit.* docent, hujusmodi adjudicationes factas infra dimidium iusti pretii in Regno Sicilia non admitti, sed ut nullas revocari, non obstantes præfacto pacto ad discursum libere à censuario in census creatione factio: quòd quidem declarat nullum, & irritum, utpotè nimis prodigum, & contra bonum publicum, si supponatur comprehendere venditionem faciendam sub hausta etiam cum læsione enormissima.

Imò ipse censurarius, cujus bona sunt adjudicata, potest, & solum intra quadraginta annos à Prorege petere remedium gratiosum, nimirum actionem bona adjudicata repetendi, quando adeo læsio enormissima: & tunc Prorex præcipit Judici, ut si recognoscatur adjudicationem fuisse factam intra dimidium iusti pretii, faciat censuario restituere bona adjudicata cum cum fructibus, satisfacto jam credito ipsi iudicatorio, una cum expensis, & legitimo interese. Maltrilli, *cit.* Quod remedium gratiosum non conceditur centuario in adjudicatione supra dimidium iusti pretii, sed solum tunc conceditur illi quodrimetere ad reemendandum soluto debito, quo elapso ad iudicarium legitime in perpetuum bona adjudicata possidet. Ex quibus clarè apparet, adjudicationem cum læsione intra dimidium esse justam, supra verò dimidium injustam; ac proinde in lites adjudicatorium teneri ad restituendum bona adjudicata statim, si factam debitorum creditum satisfaciatur. Quòd si iste creditum non satisfaciatur, tunc compensatis jam per annos fructus credito una cum expensis, & interese legitimo, tenetur in conscientia ea restituere autem instantiam Judicis, & censurario non petente, alias incipit esse injustus detentor, quoniam (ut ipsemet Tancr. fatetur) nunquam ea bona sic adjudicata, & eorum fructus præstabit. Ecce injustitiam.

145. Corroboratur dicta, quia si in emptio- ne immobilium ex pacto ad discursum, pretium infra dimidium esse injustum, quatenus in subalternatione pretium justum est, quòd potes sine fraude extorquere, five supra, five infra dimidium iusti pretii facta tali emptione, seu

adjudicatione nullam daretur remedium restitutorium; quia nulla esset facta lesio, nemo enim ladhur infra justum pretium: cum igitur tales adjudicationes factæ infra dimidium justii pretii sint revocabiles per remedium gratiosum (ut concedit Tancr.) sequitur, non esse justas, nec permitti à lege in ratione emptionis, sed solum compensationis, ut in secunda assertione.

146 Dices: saltem adjudicatarius, etiam si sit infra annos 40. adjudicationis, non tenetur ex vi monitorii restituere, ex eo quia probabilis est opinio, quod adjudicatio infra dimidium justii pretii sit justa, juxta superius dicta.

Resp. probabilitatem opinionis præfatæ, vel esse nullam, vel ita tenuem, ut ex Decr. Ina. XII. *prop. 3. die 4. Martii 1697.* non sufficiat, ut prudenter agamus. Imò si adjudicatio intra dimidium justii pretii suas parit difficultates, ut nonnulli timorati (teste Tamb. *cit. n. 26.*) satisfactio per annos fructus pretio una cum expensis, &c. restituerent censuario ejus bona supra dimidium justii pretii adjudicata, quid dicendum infra dimidium? Verum tamen est, quod præfati timorati id fecerint non ex justitia, sed ex liberalitate.

147 Dico 2. in Regno Siciliæ adjudicatarium completo anno quadragesimo à die adjudicationis, si creditum non sit jam satisfactum, non teneri lato monitorio restituere, aut revelare.

Ratio est, quia in Regno Siciliæ per Duem Sarmontæ Proregem, ex consilio, & voto totius Tribunalis Sacræ Regiæ Conscientiæ Patromi, die 11. Decembris 1766. fuit edita Pragmatica, quam refert Franc. Magretti in *suis observ. ad §. 9. C. 10.* tenoris sequentis.

Non remedio grazioso non si duplici vel in debito, passò, o cancellò, etiam che fosse dovuto a se stesso, ma solamente si duplici la somma, per la quale processò l'escuzione, o le spese giudiziarie. Quando vendido non si possa erigere, se non si guarantano: da contrarsi dal giorno della possessione delle cose aggiudicate.

Ubi est sermo de lesione enormissima supra dimidium justii pretii; nam pro ea remedium gratiosum conceditur.

148 Motivum autem recentis legis fuit, quia pactum ad discursum de vendenda. ultimo & plus offerenti re debitoris credito obligata, nedum est in Regno introductum in creatione census, verum etiam est factum commune cæteris contractibus, ita ut etiam pro aliis creditis non censuibus soleant à debitoribus obligari bona cum pacto ad discursum. Hinc tenens Princeps, quod per hujusmodi adjudicationes infra dimidium justii pretii cives spo-

liantur bonis, & ex alia parte ex debitorum negligentia suspenderentur credita, publico bono consulens, ne credita suspensa remaneant, nec debitores graventur, media via incidens disposuit, 1. ad favorem debitorum, ut intra annos 40. possint remedium gratiosum tentare, nempe ut satisfactio per ipsos credito, una cum expensis, & legitimo interesse, statim ipsis bona adjudicata restituantur.

149 Interelle ratiocinari solet ad septem procentum, debet tamen supponi esse verum, & reale, minime palliatum, aut fictum: ut communiter in materia de usura dicitur Theologi.

150 Secundo, ad favorem adjudicatariorum seu creditorum, disposuit, ut annis 40. completis à die possessionis rerum adjudicarum, non possint amplius debitores remedium gratiosum tentare, sed earum imperpetuum adjudicataris remaneat dominus; idque in poenam negligentia, & ob bonum commune, ob quod potest Princeps rerum dominia transferre. *Patqual. in §. 10. n. 107. pag. 3. Tamb. tom. 1. lib. 9. art. 2. c. 5. §. 8. n. 14. & alii com.*

151 Tum quia poene conventionales, dummodo sint veræ, ac reales, & non ad palliandam injustitiam, aut usuram, justæ, & licitè apponi possunt à privatis personis in pluribus contractibus, etiam in mutuo, ut docet Scot. *in 4. d. 15. q. 2. de secundo ars.* Omnium poena justè imponitur inconstanti, aut infideli, & cui libet licet se servare indemnem; adeoque fortiori imponi potest à Principe ob bonum publicum, cui privatum cedit.

152 Ex his sequitur 1. quòd si debitor factus sit impotens ad solvendum debitum ante annum 40. & hac durante impotentia, accedat annus quadragesimus, ad adjudicatarium non facit sua bona adjudicata; sed compensatio ex annuis fructibus credito cum expensis, & interelle, tenetur statim, & semper ea restituere domino; qui pariter etiam elapsis annis 40. cessante impotentia, habet jus ad tentandum remedium gratiosum & ratio est, quia poena non incurritur, nisi præcesserit culpa. Quòd si factus sit impotens, quia prodigè vixit, tunc si prævidit se redditurum impotentem, accedente anno quadragesimo, amisit bona adjudicata, & non potest amplius tentare remedium gratiosum, quia est in culpa. Secus si non prævidit, quia ad culpam requiritur prævidisse. In foro tamen externo. præsumitur prævidisse, & inde esse in culpa. Com.

153 Secundo sequitur, quòd adjudicatarius si ante annum quadragesimum ex fructibus annuis boni adjudicati subcompensaverit suum creditum, una cum expensis, & interelle, tenetur in conscientia statim, & semper, etiam.

etiam anno quadragesimo quantumvis elapso, bonum una cum rebus fructibus restituere domino, seu suo debitori, aut ejus heredi, etiam eo non petente. & ante sententiam judicis; qui tunc incipit esse injustus detentor & sine ullo titulo: non etiam retinet titulo emporis, quantum emptio immobilium cum lesione supra dimidium, est injusta, & nulla non obstante pacto ad discursum; quod pariter esse irritum, utpotè nimis prodigium, causam depauperandi; & contra bonum publicum, diximus à v. rat. nec titulo compensationis; quia hic facta compensatione cessavit; nec alius est assignabilis titulus.

154 Nec potest dici, quòd accedente anno quadragesimo, & domino bona adjudicata non petente, adjudicatarius illa præscribat; quia ad præscribendum, ultra tempus præfixum à lege, requiritur titulus, & bona fides; in casu autem nullus habetur titulus, ut modò est ostensum: non bona fides, quia scit jam se compensasse, adeoque non valet illa præscribere, quia possessor malæ fidei nunquam potest præscribere. Com. hinc diximus, quòd accedente anno quadragesimo, & non jam compensato, aut satisfacto credito, &c. adjudicatarius faciat sua bona adjudicata, non ratione emptionis, nec ratione præscriptio- nis; sed ratione legis poenalis à Principe lata contra debitores negligentes, ut eorum exemplo alii sint accuratiores ad solvenda debita.

155 Tertio denique sequitur, quòd etiam in Regno Siciliæ talis adjudicatio cum lesione supra dimidium non sit justa, si consideretur sub ratione emptionis, & venditionis ex pacto ad discursum; sed solum permittitur sub ratione compensationis, quatenus creditor non potens aliter recuperare suum creditum, retinet bona debitoris, usquequò illud ex annuis fructibus sui compeniet; quo compensato ante annum quadragesimum, condemnatur à iudice ad restitutionem prædii, & fructuum; imò in conscientia illa restituere tenetur etiam ante iudicis sententiam, & debitore non petente.

156 Nec relictæ pragmatica dicit oppositum; solum enim disponit, ut completo quadragesimo anno, & non tentato remedio gratioso, & non satisfacto credito, in poenam negligentia non possit debitor amplius illud tentare: non disponit autem, quòd adjudicatio in ratione emptionis fuerit justa, & quòd compensatio ex annuis fructibus credito, non tenetur adjudicatarius bona adjudicata restituere.

157 Imò tam displicet Principi, sives per

hujusmodi adjudicationes spoliari bonis, ut in adjudicationibus factis cum lesione infra dimidium justii pretii, in quibus datur quadrimestre ad redimendum, peti, & concedi soleat à Principe prorogatio termini ad redimendum.

QUÆRES XV.

158 An ex vi monitorii de restituendis, aut revelandis sicut bonis hæretici, veniens quoddam eius creditum, tenetur sicut restituere?

Sciendum est, unam ex poenis hæresis formalis esse confiscationem bonorum hæretici à die commissi criminis; quæ confiscatio est tam juris civilis quam Canonici in pluribus locis apud Bona. in *Trid. sicut cap. 12. de Pœnis hæret. præfatum ex cap. Cum secundum 19. de hæret. in 6. Et verum proprietate hoc ipso privetur, & sicut rerum & pœnorum dicitur proprietas acquiritur, &c. bona hæreticorum ipso jure decernimus confiscari: confiscationis tamen hujusmodi executio, vel bonorum ipsorum occupatio fieri non debet, nisi prius sententia super eodem crimine fuerit promulgata.*

159 Quæ confiscatio est poena lætæ sententiæ, quæ ipso jure incurritur; non est autem executioni danda, nisi post sententiam commissi delicti; quod est commune omnibus poenis lætæ sententiæ, quæ semper intelliguntur secuta sententia declaratoria delicti, & ante hæreticum parato delicto amittit proprietatem suorum bonorum, non tamen possessionem. & usum, nisi post sententiam commissi delicti.

160 Hinc donationes, & alie alienationes bonorum ab hæretico factæ à die commissi delicti ante diem sententiæ valent, ac non sunt firmæ, sed rescinduntur à sisco, nisi sint factæ ob necessitatem vitæ propriæ, & suorum, & pro collocandis filiis. *Bord. cit. num. 113. Diana in Sum. ver. Hæretic. pan. num. 7.* quia licet à die commissi delicti ante sententiam hæreticus sit suorum bonorum possessor, non est eorum dominus; & propterea statim ac habetur cognitio delicti, solet sisco inventarium facere; & qui bona sic alienata retinet, debet ea post sententiam sisco restituere, quia ipso jure, statim ac fuit commissum delictum, fuerunt sisco confiscata secundum proprietatem.

161 Nomine bonorum confiscatorum veniunt bona, quæ realiter de præfati habebat hæreticus, quando commissi delictum; unde

162. Primò, non veniunt bona, quæ post delictum acquirunt ante sententiam, quia non dicuntur præsentia, sed futura. Bord. *cit. num.* 114. & multi contra Bostium, qui vult etiam subijci fisco. Dixi post delictum, hoc est post poenitentiam, sed ante sententiam a qua sita: quia pro eo tempore, quo durat hæresis, bona tunc acquisita ipso jure subijciuntur fisco, quoniam durat causa confiscationis, unde si Petrus patravit hæresim formalem die 1. Januarii, & in ea perseveravit usque ad diem 1. Februarii, quo die eum poenituit, tunc bona usque ad diem 1. Febr. acquisita ante poenitentiam cedunt fisco, non obstante, quod sententia delicti committi datur, v. g. die 1. Augusti, quia sententia retrahitur ad diem commissi delicti; bona verò acquisita a die 1. Febr. post poenitentiam non cedunt fisco. Tanc. *in 5. rr. 4. q. 11. n. 4.*

163. Fructus autem ex bonis, quæ fisco cedunt, præcepto tempore medio inter diem patravit delicti, & sententiam, sunt ipsius hæretici: quia fructus sunt possessoris, *l. fructus, §. ex hæresione, ff. de rei vendicis.* data verò sententia, fructus, quos non consumpsit, sunt fisci. Bord. *cit. n. 112.*

164. Secundò, non venit hæreditas delata hæretico, sed non jam adita ante commissam crimen. Bord. *cit. n. 115.* quia hæreditas sine aditione non transit ad hæredes; unde non venit inter bona præsentia.

165. Hæc ratione legitima filii hæretici venientibus parentibus, non competit fisco, quia non est jam acquisita: sed est simpliciter patris, etiam si filio legitimam assignasset. Bord. *cit. n. 116.*

166. Tertio, non veniunt bona fideicommissio subjecta, aut alienari prohibita, casu quo testator prohibuit alienationem in favorem alterius à delinquente, & præsertim quando testator, aut institutor utitur his, vel similibus verbis: *ut eo ipso delinquens amittat bona cum omnibus suis communitatibus;* Diana *p. 4. rr. 8. res. 60.* Bord. *cit. n. 117.* Carcna *p. 2. tit. 1. de hæresi, n. 155.* quia substituti non succedunt in ea bona ex persona ipsius hæretici, sed ex persona propria, & ut vocati in casu delicti ab ipso institutore, seu testatore, qui eum supponatur primus acquiritor, potest in institutione hæredis, &c. apponere vincula, & conditiones, quæ ipsi placent: & tunc in causa delicti hæresis, &c. bona, & hæreditas non cedunt fisco, sed substitutis: pariter & eorum fructus transeunt ad substitutos, ad quos post delictum transit dominium bonorum, seu hæreditatis.

167. Quarto, non subijciuntur fisco Majora-

tus, quia filius non succedit ad illum jure paterno, sed propria persona immediate. 5. Nec fisco subijciuntur ob delictum patris peculium castrense, vel quasi castrense filii: quia est filiorum quoad proprietatem. Neque dicitur peculium ob delictum filii subijciuntur fisco in damnam patris. 6. Non subijciuntur fisco ob delictum patris peculium adventitium, & profectitium filii: quia quoad proprietatem est filii; & licet usufructus sit patris, in casu tamen ejus hæresis, filius fit sui juris, ac proinde liberari habet administrationem, nam usufructus sequitur proprietatem. E converso in casu delicti filii proprietatem peculii adventitii, & profectitii unitur cum usufructu patris. Hæc Bord. *cit. n. 120.* ex pluribus Doctoribus & juribus.

168. Bona castrensa sunt, quæ filiusfamilias occasione militiæ acquirunt, & quod est ei à patre, aut ab alio donatum, dum militiam agit, sine in terra, sine in mari. Quasi castrensa sunt, quæ filiusfamilias acquirunt ex publico munere, v. g. advocati, medici, &c. ex artium liberalium professione, ex regis liberalitate, aut ex propria parsimonia: Item quæ Clericus acquirunt ratione Clericatus, Sacerdotii, vel ex sui beneficii redditibus; nam bona, quæ laico sunt adventitia, Clerico sunt quasi castrensa. Bona adventitia sunt illa, quæ filiusfamilias acquirunt non ex patre, aut propter patrem, nec ex officio publico, sed aliunde, verbi gratia à matre, ab avia matris, ab extraneis, & ex nuptiis, aut ex proprio labore, & industria. Bona denique profectitia sunt, quæ ex pecunia, aut bonis paternis per filiumfamilias acquiruntur, dummodo castrensa, vel quasi castrensa non sunt.

169. Dos uxoris scienter cum hæretico contrahentis cedit fisco, ex cap. *Decretis* 14. non sic bona paraphernalia, hoc est præter dotalia uxoris. Nec bona viri scienter cum hæretica contrahentis. Quia jus loquitur de feminis, & de dote,stante scientia. Diana *in sum. ver. Hæres. par. 6. n. 6.*

170. Bona Clericorum, qui sint patrimonialia, aut acquisita propria industria, vel titulo Officii sacerdotalis, pro Missis, administratione Sacramentorum, &c. subijciuntur fisco Ecclesiastico, quia sunt transferta etiam ad extraneos; nam Clerici possunt ea illis relinquere, ex cap. *Quia nos, de rassis.* minime, si sint beneficia Ecclesiastica, quia hæc sub communicatione reservata prohibentur conficari, ex Clem. II. *de hæresi.* sed ipso jure vacant. Fructus etiam beneficiorum prohibentur conficari, ex cap. *Excommunicatus* 14. §.

De-

Dammamus, de hæresi. sed applicari debent Ecclesiis, quærum sunt beneficia. Bona verò acquisita ex fructibus, seu pecuniis beneficiorum, subijciuntur fisco; quia de illis Clerici possunt disponere. Ita Bord. *cit. à num. 127. cum multis.*

171. Bona Religiosi hæretici non subijciuntur fisco, quia nihil habet proprii, sed solum usum facti; & illorum proprietates ad Monasterium in communem spectant, vel ad Sanctam Sedem, aut ad ipsos dantes, pro Minoribus de Observantia. Bord. *cit. n. 132.*

172. His necessariò præmissis, difficultas procedit de bonis confiscabilibus, & quæ cedunt fisco, sive Ecclesiastico Inquisitorum, Episcoporum, aut regio, juxta varias Regionum consuetudines: minime de illis, quæ non cedunt fisco; ea enim non tenentur delinquens ex vi monitorii restituere, sed potest occurrere.

173. Resp. igitur cum Tancr. *cit. n. 1.* consideranda esse verba monitorii; si enim dicat: *Ut qui retinet bona mobilia, vel immobilia Petri hæretici, ea restituat fisco:* retinetur creditum hæretici non tenetur solvere fisco, sed potest illud solvere ipsi hæretico creditori. Si verò dicat: *Ut qui retinet bona Petri hæretici, ea restituat fisco;* retinetur ejus creditum, & tenetur illud restituere fisco. Ratio primi est, quia creditum non comprehenditur sub nomine mobilium, vel immobilium, sed constituit restituentem speciem distinctam bonorum, intra quæ sunt jura, & actiones, ex *l. à Divo Pio, §. in venditione, ff. de resup. Clarus, Farinac.* apud Tancr. Ratio secundi, quia bonum est genus ad dictas tres species; genus autem comprehendit species, ex *l. si adempti, Cod. de sent. pass.*

174. Eadem veniunt respectivè dicenda de bonis confiscatis ob crimen læsæ Majestatis, aut ob alia delicta, juxta jura propria Regnorum.

QUÆRES XVI.

175. Petrus veni à se restituendam consignavit probo Confessario, aut viro fideli, ut cum traderet dampno, molliatur autem rem non restituit, vel quia amisit, vel quia pro se surripuit: hinc transfuso tempore, & restitutione non facta, dominus monitorium obtinet, an teneatur Petrus iterum ex vi monitorii restituere, & quomodo sit, regulare?

176. Circa restitutionem factam per intermediam personam fidelem, quæ tamen non restituit, quia amisit, aut pro se surripuit, commune est, quod, si res sit debita ex re accepta, aut ex contractu, v. g. depositi, locati, &c. & sit debita in indivi-

duo, puta idem equus, eadem velis; in tenebris amplius restituere, si id fuit sine tua culpa theologica gravi; quia ad nil ex re accepta, aut contractu obligaris, nisi ad diligentiam moralem, quam egisti, dum ufus es viro putato probo, & fideli; & res domino perit.

177. Eadem ratione, si res ex re accepta aut contractu non sit debita in individuo, sed in specie, aut æquivalente, ut si tibi fuit commodatum triticum, pecunia, &c. tenebris iterum restituere, quia res perit in manu monitorii, & res domino perit Tamb. *com. 1. l. 8. rr. 4. §. 1. n. 6.* Excipe, nisi non poteris personam restituere sine infamia, quia tunc dicuntur, ut de injusta acceptance.

178. Difficultas est, si debitor sit ex injusta acceptance, seu ex delicto. In qua re duxit opiniones. Prima affirmat te obligari, iterum restituere, si res sit debita in individuo, siue in specie, quia semper in terminando radix obligans ad restitutionem, nempe injusta acceptio. Nec creditor debet damnari pari ob delictum debitoris. Neque creditor consensisse præsumitur ad illam transiitionem per personam quantumvis fidelem, nisi fuit conditio, quod cum effectu ipsi res transmissa reddatur. Toletus, Lazar. *de monit. Navar.* & alii apud Dianam *p. 2. rr. 17. res. 2.*

179. Secunda opinio negat, te amplius ad aliquod obligari. Ita expressè Scotus *in 4. disp. 15. q. 2. §. De quæstio, lit. FF.* quem sequuntur Diana *cit. p. 1. n. 10. rr. 16. res. 97.* Rodr. Filiuc. Cenedo, & alii apud Tamb. *cit.* quia (ait Scotus) quando aliter fuit excusata, tunc non tenetur aliter se probare, nec per consequens per se ipsum restituere, sed per aliam personam licetam, & fidelem: & expedit, quòd per Confessorem, quia si esset crimen delictum in confessione, & de eum scilicet, quòd restituat fidei sua commissum, satis debet crediti.

Unde, si persona intermedia non restituit, sed rem amittat, aut sit inconstans, & pro se surripuit, onus restituendi transferatur ad ipsum, & cessat in sure, quia hic fecit, quantum in se potuit, & debuit; non enim tenebatur restituere cum fide infamia. Cujus ratio à priori desumitur ex consensu rationabiliter præsumpto domini, sicut enim sur & debitor ad nil amplius teneatur, si ex consensu expresso creditoris, de restituendo per intermediam personam, rem restituendam traderet intermedie personæ, qui tamen pro se surripuit: ita ad nihil tenetur, si fidei factæ ex consensu tacito creditoris, quoniam taciti & expressi consensus eadem est vis, quia tacitus

cre-

creditoris consensus habetur in casu, quo debitor, seu fur non potest personaliter sine periculo infamiae restituere.

180 Suedatur hinc exemplis, & i. Si fur occultus non potest sine infamia rem ablatae eandem in individuo restituere, satisfacit restituendo per equivalentem, nempe pretium, 2. (ait Scotus) si non potest statim sine infamia restituere, sufficit, quod habeat voluntatem restituendi, cum primum opportune potest, quo tempore non est injustus retentor, licet prius fuerit injustus acceptor, & detentor, quia tunc retinet volente tacite domino; quod si fit inivitus, est irrationaliter inivitus; nam non potest rationaliter intendere, quod fur occultus cum vi infamia restituit; sed consentire debet, ut restituat, cum primum opportune potest: injustus autem acceptor, aut detentor dicitur, cum accipit, aut retinet inivito rationaliter domino; ita in re nostra.

His præmissis,
181 Resp. 1. Si res fit debita ex re accepta, aut contractu, & sit debita in individuo, non tenetur Petrus ex vi monitorii restituere, nec qui eam scit, revelare. Bene verò, si sit debita in specie, aut æquivalenti, quia in 2. casu monitorium supponit in Petro onus ad restituendum, non sic in primo, ut in nu. 176. & 177.

182 Resp. 2. Si Petrus est debitor ex delicto, nec tenetur amplius ex vi monitorii restituere; nec qui eum scit, revelare, & Diana p. 10. cit. & Tancr. tom. 5. ff. 4. 2. 16. quia probabilis est sententia, quod fur, & debitor ad nihil amplius tenetur, si ad vitandam infamiam rem tradidit viro probò, & fidei, ut eam consignaret domino; ille autem amisit, aut fuit inconfans, & pro se furripuit.

QUÆRES XVII.

180 Paulus, ne creditores suum prædium adjudicarent, illud vendidit in confidentia Petro. An lato monitorio de revelandis bonis Pauli, tenetur Petrus prædium revelare?

Resp. teneri, si facta correctione, Paulus non velit satisfacere creditoribus, & nullum ipsi sequatur notabile damnum, Bonac. tom. 1. disp. 6. de onere denunc. p. 1. §. 6. n. 7. quia est particeps peccati Pauli, nam quædam non manifestat, est causa, cur Paulus non solvat; sicut censetur causa peccati, qui occultat bona sibi à fure ad custodiendum tradita.

Unde, qui occultant bona, ne ob eis alienum, vel ob delictum patrum, capiantur à creditoribus, aut à fisco, tenentur ex vi monitorii revelare; quia talia bona non possunt

oculari, aut retineri in fraudem creditorum, & fisci, quibus de jure sunt applicata. Idem dicitur de contractibus hæc initis in fraudem creditorum, vel fisci.

QUÆRES XVIII.

184 Petrus detinet bona Pauli, promulgato monitorio de restituendo de intra quindecim dies, et tertia die ex malitia se reddidit impotentem, dissipans bona Pauli, duodecimo tamen die se poenitentem facit: An incidat in censuram?

185 Certe est, quod si facti non poenitent intra terminum, peccet statim ac commisit culpam contra Superioris præceptum, & incidat in censuram, non statim ac committit culpam, sed elapso termino prefixo, non autem. Difficultas est, si poenitentia intra terminum intercedat?

186 Prima opinio affirmat, quod incidat in censuram, elapso termino, Raynaudus de Monit. p. 1. cap. 2. 9. 3. Suarez de cens. disp. 20. sect. 2. nu. 16. quia censura incurritur ex vi prioris causæ jam date. Hinc, si Petrus vulneravit lethaler Paulum, & ante egressum mortem facti poenitent, adhuc evadit irregularis secuta morte.

187 Secunda opinio, quam sequor, negat, quod incidat in censuram elapso termino, & Tancr. tom. 5. ff. 4. 9. 13. quia censura in monitorio fertur, contra non restituentem culpabiliter intra terminum præfixum; ille verò, quem intra terminum culpa, qua factus est impotens, poenituit; accedente termino, non omittit restitutionem culpabiliter; adeoque non incidit in censuram.

Confirmatur. Quia censura lata in monitorio non retrotrahitur ad tempus commissi delicti, sed concernit culpam mortalem in termino præfixo, que non habetur in causa; igitur neque censura, quæ quidem culpam mortalem requirit.

188 Non obstat, quod præcesserit culpa; quia lex ex malitia impotentem reddidit; quia mala voluntate tractata, omisso restitutionis procedit ex priori culpa solum materialiter, formaliter verò ex impotentia. Sicut, si post datam causam pollutionis, retractetur prava voluntas per poenitentiam, pollutio sequens in semio non est culpabilis, sed censetur involuntaria.

189 Ad casum de vulnerelethali, & irregularitate, clara est disparitas; quia irregularitas contrahitur ex homicidio culpabiliter posito, ex causa data, & adhuc influente in mortem; hæc autem censura contrahitur non ob impotentiam culpabiliter positam, sed ob omissionem restitutionis culpabilem in termino præfixo; & quia omisso restitutionis in-

ter.

termino præfixo, poenitentia supposita, non est cum culpa, ideo non contrahit censuram.

QUÆRES XIX.

190 Antonius scit Petrum intra terminum ex malitia se reddidisse impotentem, nec poenituisse, An tenetur eum ex vi monitorii revelare?

Resp. non teneri, Tancr. cit. pag. 14. quia cessavit finis denunciationis à iudice in monitorio intentus. Intenditur enim satisfactio partis læsæ, non punitio delicti commissi; & quia stante impotentia etiam culpabiliter imposita, satisfactio haberi non potest, igitur cessat finis. Tum quia monitorium præcipit, ut reveletur injustus detentor bonorum Pauli, in casu autem revelans, non reveletur injustum detentorem, sed delictum quo se reddidit impotentem: quod est aliud ab eo, quod intenditur.

Ex his colligit, impotentiam phyficam aut moralem ad revelandum, & respectivo ad restituendum, excusare à censura. Impotentia moralis habetur, quando quis revelare non potest sine gravi infamia, gravi incommodo, aut damno. In restitutione vero requiritur, ut deteret bono alterius: ut in n. 114.

QUÆRES XX.

191 Paulus, ad cuius instantiam latum est monitorium, prorogavit terminum ad alios quindecim dies, An Petrus hoc non obstante, adhuc in primo termino, si non restituit, aut revelet, incidat in censuram? Et si non incidit in primo termino, an incidat in secundum?

192 Quoad 1. partem, Resp. tanquam certum, quod sicut de consensu partis potest censura tolli, si pars remittat debitum intra terminum in monitorio præfixum; ita potest suspendi, etiam nesciente iudice, Leander de censur. tr. 1. disp. 4. 9. 19. & Tancr. tom. 5. ff. 4. 8. n. 1. quia cum monitorium sit latum in gratiam partis petentis, iudex, sicut non intendit ligare censuram quos pars non intendit, ita neque quando pars non intendit. Tum quia iudex nil aliud intendit, nisi partes ad concordiam reducere, l. 1. §. potest autem quas, ff. de nov. oper. nunc.

193 Sit exemplum de juramento promissio, quod licet sit præteritum parti, nempe homini, principaliter obligat Deo, & tamen potest pars illud in totum remittere, aut ejus obligationem ultra tempus præfixum suspendere; in quo casu jurans nec peccat, nec absolute

indiget; quia etiam Deus illud censetur remittere, in quantum in partis gratiam acceptavit. Præterea per partis consensum cessat contumacia; censura autem non incurritur, nisi ob contumaciam.

194 Dixi, si pars remittat debitum intra terminum in monitorio præfixum; quia si illud remittat elapso termino, censura non evitatur, quia jam contracta supponitur, ac proinde non nisi absolute remittitur.

195 Quoad 2. partem, certum est, quod si prorogatio primi termini fiat de consensu, & autoritate iudicis, elapso secundo termino, Paulus, & ille, contra quem est latum monitorium, incidit in censuram, quia terminus à iudice prorogatur cum accessoris.

196 Sed difficultas est, si prorogatio termini sit facta de solo consensu partis, nesciente iudice.

Prima opinio negat, Paulum, seu debitorem, elapso secundo termino prorogationis, incidere in excommunicationem; & pariter etiam, qui elapso termino prorogationis debitorum, non revelat, Tancr. tom. 5. ff. 4. 8. & nonnulli apud ipsam, & Leander cit. quest. 70. & 21. Ratio potissima, quia licet pars possit censuram indirecte suspendere, prorogando terminum, nesciente iudice, non potest tamen illam suspendere, ut elapso termino prorogationis incurrat, quia hoc est actus jurisdictionis, qui iudici competit, non parti, l. privatorem, C. de jurisd. omni. iudic.

197 Secunda opinio affirmat incidere absque novo consensu iudicis, Leander cit. quest. 21. quia iudex non præfixit terminum ad finiendum præceptum, sed ad finiendum permissionem differendi impletionem præcepti, nisi alias accedat consensus partis; quæ si intra terminum monitorii prorogatur terminum, suspenditur impletio præcepti, & censura utique ad secundum terminum prorogationis, quo elapso, censura incurritur ex consensu virtuali iudicis, quatenus finitur confitio, sub qua fuit censura lata; unde incurritur ex vi prioris consensu iudicis virtualiter per altam conditionem implicitam permanentem usque ad terminum prorogatum.

Unde pars, quæ nesciente iudice, prorogavit, per hoc, quod elapso secundo termino censura incurritur, non dicitur exercere actum jurisdictionis. 1. Quia censura non incurritur, nisi ex vi prioris sententiae, & ex consensu virtuali iudicis, ac proinde ex autoritate illius. 2. Quia pars prorogando, terminum non suspendit, nec dilatat censuram directè, sed indirectè per subtractionem ma-

ter.

tertia, quæ est obligatio delictoris; quod non est actus jur. iudicialis, sed dominii circa illam materiam.

198 Utraque opinio est probabilis.

QUÆRES XXI.

199 *Civis Panormitanus, qui fortium commisit, non iam elapso termino monitorii, sed transiit ad Diocesim Montis Regalis, animo ibi perpetuo habitandi, aut manendi majori parte anni. An, elapso termino, incurrat censuram contra non resistentes? Panormi latam?*

200 **C**ertum est. 1. Non subditum ferentis monitorium non ligari monitorio, aut censura, ac proinde non teneri sub censura ad revelandum; quia actus jurisdictionis exerceri non potest in non subditum, quoniam subiectio, & jurisdictionis sunt correlativa.

201 Certum est, hic non esse sermonem de censura lata per modum statuti, seu legis aliquid prohibentis in futurum; v. gr. si quis futurus calceum sit excommunicatus: hanc quidem non incurrit, qui antequam peccet, quit fortium, seu territorium, licet postea mutato foro, id faciat, quia non est iam subditus prioris iudicis, ac proinde non ligatur eius præceptis, aut censuris: sed sermo est de censura lata per monitorium, quod non habet ratione legis, sed solius præcepti transitoris, ut in n. 49. His suppositis,

202 Resp. incurritur, Bonac. tom. 1. disp. 6. de denunci. §. 2. n. 2. pag. 892. Leander de censur. 1. disp. 4. q. 22. ratio est. 1. Quia remaret subditus ratione delicti, & per monitorium citationem jurisdictionis perpetuatur, C. *proposuisti, de foro competentis*. 2. Quia ubi iudicium est inceptum, ubi finiri debet, ff. *de iudicis*; ac proinde ille, etiam mutato foro, remanet subditus prioris iudicis secundum quid, nempe secundum illam causam.

QUÆRES XXII.

203 *An qui sit delinquentem, & post promulgationem monitorii, intra terminum præfixum incipit esse subditus illius Superioris, qui tunc monitorium, ligatur monitorio, contra scientes ad revelandum delinquentem lato?*

Resp. ligari, si monitorium sit generaliter latum, sed computato æquali termino inchoando à die, quo fit ejus subditus, & habet scientiam: ut in n. 165. Bonac. cir. pag. 895. n. 1. & alij apud Dion. p. 5. r. 9. ref. 36. quia est vere ejus subditus, tempore quo ejus urget præcepti. 204 Negativam tamen sententiam probabiliter putat Dian. p. 5. r. 9. ref. 36. quia sententia referenda est ad tempus, quo pronuntiatur;

adeoque solum habet vim contra eos, qui tunc erant subditi.

205 Ilud mihi verum est, quod si ille non sit iam factus subditus, quatenus non jam domicilium acquisivit, sed si ubi alienigena, non ligetur monitorio, aut censura, etiam si monitorium fuerit tempore, quo jam reperiebatur, in loco; quia nullo pacto est subditus, nec ratione personæ, nec ratione delicti; non enim ipse delictum commisit.

206 A fortiori Advena & Peregrini in aliquo loco per tranlitum commorantes, seu statuti latius, pro culpis futuris vitandis, si ibi committant delicta, quibus sunt annexæ censuræ, Diana cir. nam, ut quis eas incurrat, debet esse subditus ratione personæ, & domicili.

207 Secus est dicendum de censura lata per monitorium, quod habet rationem præcepti transitoris; advena enim delinquens in territorio Episcopi extranei ligatur ejus monitorio, & incurrit censuram, nedum dum ibi manet, sed etiam in propria Diocesi, si post citationem, seu publicationem monitorii discessit, quia evasit subditus Episcopi extranei ratione delicti: ex cap. ult. de foro competentis, Diana p. 5. r. 9. ref. 32 & 36.

208 Imo, postquam dictus advena delictum commisit, è loco discessit ante publicationem monitorii, & rediit ad propriam diocesim; tunc Episcopus proprius requiritur ab Episcopo loco, ubi fuit commissum delictum, tenetur delinquentem citare, ex cap. fin. de foro competentis, & tunc, si non obediat, censuram elapso termino incurrit, Diana cir.

QUÆRES XXIII.

209 *Petrus Civis Panormitanus, postquam commisit factum Panormi, sciens Archiepiscopum Panormitanum processurum ad monitorium, neciraretur, studio aufugit ad Diocesim Montis Regalis, An possit ibi ab Archiepiscopo Panormitano citari?*

Prima opinio affirmat, posse Episcopum per nuncium aut litteras citare subditum, qui post patrum delictum ad aliam diocesim aufugit, ita ut comparere debeat, & si sit contumax, elapso termino, incurrat censuram, Layman, Bossius, & alij apud Dian. p. 5. r. 9. ref. 34. 1. Quia citatio non est actus iudicialis. 2. Quia licet citatio sit actus iudicialis, non est, ac proinde decreta citationis in proprio territorio, executioni non est fieri potest in alieno. 3. Quia Episcopus proprius per citationem sui subditi in territorio alieno non

lædit territorium alienum, quia nulla fit causa cognitio in territorio alieno; nam vel delictum est ita publicum, ut non requiratur causa cognitio, vel si requiritur, citatio fit in territorio alieno; effectus vero citationis confertur in Diocesi Episcopi citantis. 4. Quia certum est, quod possit Episcopus excommunicare subditum in alieno territorio exillente, pro delicto in proprio territorio commisso; igitur certum esse debet, quod possit illum in alieno territorio citare; nam censura est invalida, si non præcedat monitio, seu citatio.

210 Resp. non posse Episcopum suum subditum in alieno territorio citare, nisi ubi adit consuetudo ibi citandi, Diana cir. Avila, Hurt. & alij nonnulli apud ipsam. Ratio est, quia Episcopus non potest exercere jurisdictionem in alieno territorio, ex c. final. de Constit. cap. Episcopum q. 9. 2. ex Clem. 1. de foro competentis. Citatio autem, siue confidetur, ut pronuntiatur à iudice in proprio territorio, siue ut intimatur per nuncium, est actus iudicialis, & usus jurisdictionis, & dicitur fundamentum iudicis. Ita Giurba cum aliis jurisconsultis consilij. 89. n. 22. ex l. Cum Clericus, & alibi. Hinc in Clementina Pastoralis, de sentent. & re iudic. decernit Pontifex iudicem non posse aliquem in alieno territorio citare.

211 Ex his patet solutio ad 1. 2. & 2. in oppositum.

212 Ad 4. Certum quidem est, posse Episcopum excommunicare subditum in alieno territorio existentem pro delicto in proprio territorio commisso. Hoc autem non impeditur per hoc, quod non possit Episcopus eum in alieno territorio citare, quia potest requirere consensum Episcopi extranei, ut permittat citationem, per nuncium, aut litteras, vel ut ipse per suos ministros notificet delinquenti monitorium à proprio Episcopo latum; quem consensum, sicut denegare non potest circa subditum proprium, qui in alieno territorio delinquit: ut in n. 108. à fortiori negare non potest circa subditum alterius. Verum tamen est, quod talij consensu injuste denegato, citatio fit invalida.

Item suppetit alius modus citandi. Sufficit enim, ut subditus citetur in domo propria, quam in territorio habet, aut in loco publico ejusdem territorij, dimissis, & alix ibi monitorij copis; quæ citatio ita subditum acuat, & allicit, ac si fuisset personaliter facta, Melchij in tract. crim. ver. Reus, & contumaciae condemnatio. Cujus ratio desumitur ex Reg. juris, Dolus & fraus nemini præsumitur:

Alioquin liberum esset scelestis, Episcoporum potentiam contemnere, & ab eorum jurisdictione quas ad delictorum punitionem se extimerent; nam Civis Panormitanus, qui postquam delictum Panormi commisit, multoties aufugit ad Diocesim Montis Regalis, ne citaretur à proprio; à nullo Episcopo excommunicari posset, sed solum à Papa; non quidem ab Archiepiscopo Montis Regalis; quia non est ejus subditus, nec ratione personæ nec ratione delicti; neque ab Archiepiscopo Panormitano, quia nullo modo posset ab isto citari, adeoque posset libere utranque contemnere.

213 Dicendum esse igitur, quod possit Archiepiscopus Panormitanus suum subditum, qui post delictum aufugit, uno ex recentissimis duobus modis citare, & eum contumacem valide excommunicare.

P E T E S

214 *Quid dicendum de Superioribus Regularibus quoad suos subditos?*

Resp. Superiores Regulares posse suos subditos per monitorium citare, & censuris ligare, ubicunque fuerint eos extra eorum territorium reperiti, five delinquenti extra, siue intra eorum territorium, sed multoties aufugienti, Villalobos tom. 1. r. 16. diff. 16. n. 6. Diana p. 5. cir. ref. 34. Pelliz. tom. 2. r. 9. cir. 3. num. 65. Peyr. & alij innumeri apud ipsos.

215 Ratio est, quia Monachus, ubicunque est, semper est sub jurisdictione Abbatis, quem vice Dei supra caput suum imposuit, ex cap. statimus 19. q. 3. & cap. si Religiosus, de elect. in 6. & licet sit extra claustrum, fisione tamen juris, censetur esse semper in claustrum, Innoc. & Abbas, apud Pelliz. cir. Unde Doctores concludunt, Superiores Regulares nullum habere territorium, ac proinde possunt mandum pro subditis propriam jurisdictionem exercere, eoque fugitivos ubique capere, non implorato iudicis secularis, aut Episcopi brachio.

216 Hinc Pelliz. cir. n. 66. habet, *Magnam esse disparitatem inter Episcopum, & Prælatum Regularem* [quod spectat ad præsentem materiam] *siquidem Episcopus habet immediate jurisdictionem in territorio, & ratione eorum in personas, quæ proinde non sunt ei subiecti immediate per se, sed solum ratione domesticis, beneficiis, aut officij, quod habent in eius diocesi: quod vel inde constat, quia ei possunt supra dicta relinquere etiam in vivo Episcopo, siquæ in avario ad aliam diocesim, Ratione ac id fecerint, desinat subiecti illi Episcopo. Prælati vero Regularis immediate habet jurisdic.*

Et nonem in personas Religiosorum subditorum, quae proinde non fuerit certis locorum limitibus [ut finitur Episcopalis] sed solum terminatur certis personis, quae ubiqueque sint, eadem ratione subdicionem Praelato Regulari, ab eoque possunt coerceri, ac puniri, sicut & filii à parentibus, uxori à marito, &c. Idque ratione potestatis dominativae, quam habent Praelati Regulares in suis subditis Religiosis, non minus quam parentes in filios, vir in uxorem, &c.

Q U E R E S XXIV.

217 *An subditus Episcopi existens in Monasterio Regularium teneatur sub censura ad revelandum ex vi monitorii à suo Episcopo latis?*

Hanc difficultatem tractant Taner. tom. 5. tit. 4. q. 6. n. 5. & Diana p. 5. tit. 9. ref. 37. id minori claritate, ac proinde distinguendum patet.

218 Vel enim est sermo de delicto commisso in loco exempto, vel extra locum exemptum. Loquendo de delicto commisso in loco exempto, duae sunt opiniones.

219 Prima affirmat teneri ex vi monitorii ipsum sursum ad restituendum, & scientem ad revelandum, Suarez, Egidius, & Coninch. apud Taner. & Dianam cit. quia Monasterium Religiosorum est locus exemptus, sed non facit territorium; & Hurt. de conf. in com. disp. 8. n. 32. ait, nomine loco exempti, ubi delinquentes non possunt ab Episcopo ligari censuris, etiam à iure, sive generali, sive specialis latis, veare Abbatis quasdam, & Prioratus, minime Monasteria Religiosorum, quia soli Religiosi sunt exempti ratione sui, non locus Monasterii.

220 Secunda negat teneri, & ligari censuris ab Episcopo latis, Henriquez, Rayn. S. à Avila, & Praepositus apud Taner. & Dian. cit. quia non solum persone, sed etiam ipsa loca Regularium, uti Monasteria, & Ecclesiae, sunt exempta à jurisdictione Episcopi, praeter casus à iure exceptos, in quibus possunt Episcopi tanquam Sedis Apostolicae delegati procedere, Bord. p. 1. ref. 7. n. 4. ex Nicolao V. Et sic cunctis, per haec verba. *Quod licet ipsi fratres, ipsosque domus, & loca per speciale Sedis Apostolica privilegium ab omni jurisdictione & superioritate quovismode Ordinarium sine exempti.* Locus autem à jurisdictione Episcopi exemptus, licet intra territorium Episcopi, est formaliter ab eius jurisdictione exemptus; unde infert Taner. cit. num. 6. eodem modo discurrendum esse in praesenti materia de censuris ab Episcopo latis, sive à iure pro delictis futuris vitandis, sive ab homine pro praeteritis satisfaciendis.

Qui proinde utranque opinionem probabilem putat, sive in terminis de subdito Episcopi existente in loco exempto, sive in Monasterio Regularium; adeoque probabile putat, quod non teneatur sub censura ad restituendum, aut revelandum.

Pariter utranque opinionem probabilem putat Diana cit. quoad censuras pro delictis futuris statuto generali, aut specialis latis: v. Dianam, Taner. cit.

Ita quoad 1. partem citati Doctores discurrunt.

221 Quoad 2. vero partem, loquendo videlicet de delicto commisso extra Monasterium exemptum,

Respondet, subditum Episcopi existentem in Monasterio Regularium teneri ex vi monitorii, & sub censura, si est rem detinens ad restituendum, & si est sciens, ad revelandum.

Prima pars sequitur ex dictis q. 21. & 23. Eadem sanque rationes, quae probant, subditum Episcopi, si post patratum ibi delictum ad aliud territorium se transfulerit, etiam animo ibi habitandi, teneri sub censura lato monitorio parere; à fortiori idem probant de ejus subdito existente in Monasterio Regularium; à fortiori, inquam, quia hic est subditus Episcopi, tam ratione delicti, quam ratione personae, & exiit intra ejus territorium.

Secunda pars sequitur ex prima; quia accessorium sequitur principale.

222 Nomine autem delicti intra, aut extra Monasterium, commisi, de quo est sermo, non venit non restitutum, aut non revelatum, nec minus recte putant quidam; sed delictum illud, unde oritur onus satisfaciendum, restitutionis videlicet, aut revelationis, est, quod jam patratum, etiam non subditus sit subditus, & ob quod monitorium fectur ad satisfaciendum habendum.

Q U E R E S XXV.

223 *An Episcopus existens in Dioecesi alterius possit monitorium sub censura ferre contra suum subditum?*

Resp. non posse, nec in Dioecesi alterius nec in Monasterio, seu loco exempto, si requiratur causa ergo, Diana cit. ref. 35. Taner. cit. n. 2. ex cap. Episcopus q. 2. & ex cap. novit, de Officio delegati, ubi habetur, quod jurisdictione contentiosa, qualis est ad excommunicandum, exerceri non potest in territorio alieno; & juxta extra suum territorium habetur, ut persona privata, & non potest Tribunal erigere, ex cap. notandum 2. q. 3.

Idem

224 Idem dico esse verum, etiam si delictum sit ita publicum, ut non requiratur cause cognitio. Praepositus apud Dianam cit. contra Avilam, & Cornejo, quia ipsum ferre censuras est actus jurisdictionis contentiosae; unde recurritur motiva prioris assertionis.

Q U E R E S XXVI.

225 *An, si Episcopus in dioecesi alterius habeat locum exemptum ab eo, & sibi subditum, possit in eo contra suos subditos monitorium ferre?*

Resp. posse, Tancred. cit. q. 6. num. 1. quia locus ille, licet sit in dioecesi alterius Episcopi, non est tamen sub jurisdictione illius, sed sui; adeoque non censetur esse in territorio alterius, sed proprii Episcopi; Rota Rom. de off. 55. 18. Maji 1611. ac proinde potest Episcopus in eo loco in dioecesi alterius sicut monitorium ferre, etiam cum cause cognitione; cui obedire tenentur subditi, tam in dicto loco existentes, quam in propria dioecesi.

P A R S S E C U N D A.

De Denunciationibus faciendis ad edicta Inquisitorum.

C A P U T I.

Affertur Edictum Unio. Inquisitionis Romanae.

226 **N**OI, &c. Per la misericordia di Dio della S. Chiesa Romana Cardinali, in tutta la Repubblica Christiana contra l'etica pravità Generali Inquisitori, dalla Santa Sede Apostolica specialmente deputati.

Essendo a Noi per la continua esperienza manifesto, che molti per malizia, altri per inobedienza, & altri per ignoranza non soddisfanno all'obbligo, che hanno di denunciare al Sant'Officio li delitti spettanti ad esso, e che per ciò succedono grandissimi inconvenienti, ed errori, non solamente contro buoni e Cristiani costumi, ma ancora contra la Fede Cattolica.

Noi per tanto, a' quali specialmente deve essere a cuore la gloria di Dio, la consecrazione, & aumento della Fede Cattolica, e la salute dell'anime, volendo provvedere a tanto disordine, con autorità Apostolica a noi commessa, comandiamo in virtù di santa obediienza, e sotto pena di scomunica di lata sentenza, oltre l'altre pene prescritte da Sacri Canonici, Decreti, Constituzioni, e Bulli de Sommi Pontifici, per tenore del presente Editto a tutte e ciascuna persona di qualunque stato, grado, e condizione, o dignità, così Ecclesiastica, come secolare, che fra il termine di un mese, dieci de' quali per il primo, dieci per il secondo, & dieci per il terzo termine perentorio, si debbano rivelare, e giuridicamente notificare al S. Officio, o vero a gli Ordinarii, tutti, e

Examen Ecclesiast.

ciascuno di quelli, de' quali sappiano, o habbiano havuto, o haveranno notizia.

Che siano Eretici, o sospetti, o diffamati di eresia, o credenti, fautori, o ricettatori, o defensori loro, o habbian adetto, o aderisca no a' Riti de' Giudei, o Maometani, o de' Gentili, o habbiano apostatato della Santa Fede Christiana.

Che habbiano fatto, o facciano atti, da' quali si possa argomentare patto espresso, o tacito col demonio, esercitando incanti, magie, sortilegi, porgendosi suffumigi, incensi, petto var torori, ed altri intenti, chiedendo la lui risposta, ed invocandolo, ed a quest'effetto promettergli ubbidienza, e consacragli pentacosti libri, spade, specchi, o altre cose, nelle quali intervenga il nome, ed opera sua.

Che si siano ingeriti, o ingeriscano in far esperimenti di Negromanzia, e di qualsiasi altra sorte di Magia, o con entrare ne' circoli, far l'esperimento della Carassa, del Crivello, per trovar li medesimi torori, e cose nascoste, rubate, o perdute, e fare altre simili, e supertiziose azioni ad altri fini, massime con abuso de' Sacramenti, o di cose sagre, o benedette.

Che senza licenza dovuta ritenghino scritti, che contengono Eresie, o libri d'Eretici, che trattino ex professo di Religione, o che gli habbiano letti, o renuti, o stampati, o fatti stampare, o li leggano, tengano, stampino, facciano stampare, introducano, difendano, sotto qualsivoglia pretesto, o colore.

Che habbiano libri di Negromanzia, Magia, o continenti incantamenti, sortilegi, e simili

L I
S U